Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Abiit itaq; in gabaon ut immolaret ibi. Illud
itaq; erat excelsum maximum. Mille hostias in
holocaustum obtulit salomon super altare illud
in gabaon. Apparuit dns salomoni per somnium
nocte dicens. Postula quod uis ut det tibi. Et ait
salomon. Tu fecisti cum seruo tuo dauid patre meo
miam magnam. Sicut ambulauit in conspectu
tuo in ueritate et iustitia et recto corde tecum.
Custodisti ei miam tuam grandem et dedisti ei fi
lium sedentem super thronum eius sicut est hodie. Et
nunc dne ds tu regnare fecisti seruum tuum pro
dauid patre meo ego autem sum puer paruulus et igno
rans introitum et egressum meum. et seruus tuus
in medio populi est. quem elegisti populum infinitum qui
numerari et supputari non potest pmultitudine.
Da igitur seruo tuo cor docile ut iudicare
possit populum tuum et discernere inter bonum
et malum. Quis enim iudicare potest populum istum
populum tuum hunc multum. Placuit igitur sermo coram
dno quod salomon rem huiuscemodi postulasset.

Parabole

℟ Et misit dne

salomonis filii dauid regis israel ad scien
dam sapientiam et doctrinam ad intelli
genda uerba prudentie et suscipiende eru
ditionem doctrine iustitiam et iudicium et equi
tatem ut det paruulis astutia adolescentibus scien
tia et intellectum.

℟ In principio deus antequam
tiam faceret priusquam abyssos constitueret. priusquam pro
duceret fontes aquarum antequam montes collocarentur.